

defendere subditorum facultates, famam, corpora, &c: Ecclesia autem potestas spiritualis est, ad aeternae vitae & spiritualium bonorum consecutionem ministrans. Ioh. 18. 36. Regnum meum non est de hoc mundo.

68. Deinde differunt instrumentis, sive formâ gubernationis. Magistratui enim politico datus est gladius externus & materialis in vindictam operi malo, & defensionem bono. Ecclesia autem huius gladij externi usu prorsus est interdictum. Matth. 26, 52. & consistit forma gubernationis ejus in prædicatione verbi, dispensatione sacramentorum, usu clavium regni cælorum. 2. Cor. 10. 4. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia. &c.

69. Tertium discrimen est in effectis: Vtraque enim potestas sui generis commoda habet: Magistratus pacem civilem, & tranquillitatem corporalem. 1. Tim. 2, 2 Ecclesia pacem cum DEO & hominum salutem sempiternam Rom. 14, 17. Regnum DEI est justitia, & pax & gaudium in Spiritu sancto.

70. Hinc manifestum est, in unum eundemq; hominem simul utramque potestatem, uno eodemq; tempore non cadere: secundum illud Christi servatoris: Reges gentium dominantur, & qui in potestate sunt, benefici appellantur: Vos autem non sic. Luc. 22, 25.

Et D.